DOCTISSIMIS MEDICIS, DOCtoribus Hispalensibus, Ioannes de Luna Vega Marcenensis Doctor ac Hispalensis Medicus, Salutem.



RVDITISSIMVS QVIDAM *a* VIR CONSVLtus a nobili adolescente (nō aliter, ac a Crysaorio *b* Porphirius) quomodo exactuis suorum studiorum rationem iniret, post multa illius matura experientia, speculationeq; digna, addidit. Reliqum est vt dicam, quo pacto plurimum in studijs fructus, consecuturum te credo. Alius aliter fortase, ego ita sentio. Quisquis in percipiendis doctrinis cupit, dignū aliquem laborum fructum adipisci, illi tria præcipue esse præstanda, vt plane recteq; percipiat, quod discit. Vt fideliter quod percipit, cōtineat. Vt ex eo aliquid ipse deinde proferre, parereq; posit, primum diligentis lectionis est opus, secundum fidæ memoriæ. Tertium asiduæ exercitationis, quod proposueram postremum est, quo pacto ex ijs quæ discendo percipimus, ipsi excudere aliquid, proferreq; valeamus, neue studia nostra apud animum segnia, & (vt ita dicam) sterilia reponantur. Sed quod semina solent in terra condita, fructum aliquem vberiorem cum fœ note profundant. Quod si nihil ipsi nos ad posteros mandare poterimus, nihil extra ea quæ didiscimus, ad præsentes pro ferre, quid tandem inter nos & librum intererit? Hæc ille, ne cui sit mirū, si quod in alijs professionibus fieri quotidie videmus, ego in his quæ credo ad proximorum tam medicorum, quam ægrotantium vtilitatem pertinere, nō emeritus miles aduersus donatos iam rude, & valentisimos medicos, quid sentiam scripsero, si quid vero assecutus a vobis iudicer, id totum in honorem laudemq; Dei omnipotentis, Dei paræq; virginis Mariæ, & sanctorum Hieronimi, & Bernardi Vertendum peto.

a Ag. Ep. ad barbirium, de formando studio.

b in proemio prædicabilium.

c Hippocrates ille cuius nō dictiones & verba verum & sillabæ emphasim præseferūt hanc sententiam (quæ totius factiuę medicinæ est cardo) docet dicens. Diriuare, cedentem reuellere statim; reniti enti cedere. Quæ verba eius *d* cōmentator (sic enim decet Galenum appellare, sicut iure optimo Averroum Aristotelis; philosophi apellant) exponens ait. Neq; enim semper in retrahentibus auxilijs permanendum est, sed aliquod tempus quod retrahentibus vacet, interponere oportet, vt suc cum qui in affecto membro prius in heserit, excerni permittamns, in membro. enim remanens, ipsum bifariam contristabit, & multitudine distendens, & qualitate discrucians. At si humores in particulam illapsos exire permiseris, ipsam dolore liberabis, faciliusq; reuulsorijs auxilijs aliquid proficies, non amplius in se ipsum membro, propter dolorem succos prorritante vltra eam, quam non reste a principio acceperant iuclinationem. Hac Gal.

c 6. epid. 2. tx. 6.

d eud. com. Gal.

Doctor Vero Franciscus *e* Vallesius, Academiæ complutensis primarius, Phillipp. 2. a cubiculo Medicus, Hispaniæ decus, non minus ab exteris, quam a nobis acceptus, allatam explicans sententiā sic scripsit. Ita in eisdē inflamationibus (videlicet pleuritidem intelligens) cum reulsioni non satis cederent, & timerē, ne phlegmones magnitudine anticiparent mori, alternate vtens misione sanguinis. Secundum rectitudinē, & scarificatione ab admotis cucurbitis, plurimos mihi videor mirifice morti eripuisse, cum alij medici cunctari iuberent, & methodum, non semper vtilem, obseruare, hoc nunc Hipp, præcipit, dicens, deriuandum quidem esse cum expediat, reuellendumq;, verū eum qui reuellit, non obid debere nimijs sacere, sed statim ac præpropere (vt scilicet vacet reliquæ curationi incumbere) reuellere humorem, qui reuulsioni cedit facile, renitenti, vero cedere, neq; ita minui, vt præbeat inducias expectandi, cedere te oportet, hoc est a reuellēdo desistere tantisper. & eius quod parti hæ sit, vacuationem interponere, hactenus Vallesius maximus Medicus. At vero nec ille solus, nā Thomas *f* Rodericus a Veiga, Coymbricensis Academiæ primarius, ac Lusitaniæ decus, a me Lusitanus Hipprocates appellatus eiusdem sententiæ fuisse videtur, dum scripsit. Ne leuiter etiā mouet, quod Galenus reuellentibus sommopere commendauerit præceptum, vulgo medicorum incognitum; vt non insistamus toto fluxonis tempere revulsoriis, sed interponatur medium tempus vacuationi noxii humoris in parte contenti, ita enim deinum fluxio cessabit, si & e longe reuellentibus auertatur confluens materia, & proxima vacuatione dolor, calorq; partis tollātur fluxionis causæ, hæc profundisimus Veiga, quis fuerit inuentor, primusq; hujus expositor loci, discipulorum sit cura, mea vero inter est ostendere tale præceptum, l. remedium supra talem doctrinam stare non posse, vide-

e Scholis in locū citatū.

f Artis Medicæ p. 250.

licet antequam fluxio cesset lateri doleñti posse cucurbitulam scarificatam adhiberi. Quod si viri valentissimi .l. rationibus & methodo .l. auctorum testimoniis probauissent (tantum vero illi loco innituntur) h illo intacto affirmassent, me illis opponi omnem fastum & jactantiam excederet, nūc vero cum illud Galeni consilium solum videatur modum exercendæ revulsionis continere, non est mirandum si fundamento diruto, ac everso, tota machina corruat. Quamvis non sine periculo coner clavam de manu Herculis auferre.

Sed vt ad rē descendā breuiter quædam præmittenda, I. revulsionem agi debere per vices, &
g partite, pleni sunt g Galeni codices, equibus vnicum tantum adducam, vbi ait: Quin & revulsionem
de cur. r. non leue ipsam auxilium, quodq; sæpe secta adhibetur Venā, quanto majorem in numerum particu-
per Venæ lares auxeris detractiones, tanto efficaciorem effeceris: quod innuit in Epidemijs (vt postea largius)
5.c.12. dicens. (non permanendum semper, & aliquod tempus interponendum.) Secundum quod verba
(exire, & excerni) sunt referenda ad facultatem partis inflammatæ expultricem, non vero ad sca-
rificatorem quod facile est colligere ex eodem, qui curationem phlegmonarum instituens, nos sic
docet, h etiam & verba; quoniam igitur omne momentum curationis laborantis phlegmone partis,
13. meth. in redundantis ipsa sanguinis vacuatione consistit, vacuatio autem hoc genus affectorum excogi-
c.9. ex Hip tata est duplex, aut translato ad alias partes qui in ægra continebatur, sanguine: aut foras a corpo-
de nat. 5. re pulso, &c. En Galen. expulsionem & translationem vacuationes appellantem, sicq; hanc trans-
txt 24. lationis enim sanguinis ad alias partes genus est alterum, vbi ipsa pars quæ phlegmone laborat, san-
guinem abigit, alterum cum eæ quæ integræ sunt, id retrahunt, hæc Galenus. cui est, & dicitur eua-
cuatio, & cur non dicenda? Maximè cum Hipp. lib. de natura humanæ dicat, dolorem affert va-
i cuatio. Tertium ex i Gal. dicamus communem omnium phlegmonarum curationis indicationem,
13. meth. esse euacationem, quam autem euacuationis differentiam millies docet, dum dicat, k porro vt summa-
c.16. tim dicam, incipientes phlegmonas revulsu euacuare oportat, quæ vero inveteratæ sunt, ex ipsis si
k fieri potest affectis partibus, quod si nequeat, saltim ex vicinis, vn de elicio eadem methodo cu-
de cur. rat. randam phlegmonem particularem, ac phlegmonosum affectum totius, (quem nimirum sapit, qui
per V. sect. hodie vulgariter al liombrilla a vulgaribus appellatus) si eædem sint vtriusq; indicationes, sic simili-
c.19. ter l Gal. quandoq; autem & in quibusdam partibus corporis, non in tota mole indicia existunt af-
l fectionum, illis in partibus consistentium, similium iis quas in toto corpore consistere dictum est, &
de cur. rar. post, qui res consuetas ad huc factitant, sed princeps illis pars aliqua, aut totum corpus grauatur,
per V. sect. tenditur ve, iis necessaria est euacuatio. Hæc Galen. m eandem instituens curationem
c. & 6. eidem affectui vel partem vel totum occupanti, qui & si subticuisset, eandem debere è Phi-
m losophia n didiscimus statuente, totum esse suas partes simul sumptas, quibus vt firmissim. jactis ad-
4. sanct. tu. ducam locum; in quo Galenus o medens phlegmonosæ totius corporis dispositioni, totam diffi-
c.9. cultatem dirimit, integrumq; referam, sic enim oportet propter multa, ait ergo sic, quoniam igitur
n in hac quæ veluti phlegmone fatigat, lassitudine, vis calidi sanguinis in corporis mole congesta est,
2. phis. Venæ autem sectio succos e vasis emittit, vtile est post priorem de transactionem tantisper intermit-
o tere, dum aliquid, eorum qui in corpore sunt, humoris remigret ad Venas, quod quoniam commit-
4. sanit. tu. tendum non est, vt in his maneat, vt pote ex dimidio corruptum, sed potius plurimum ejus expel-
c.9. latur, idcirco de tractionem sanguinis etiam secundo die iteramus, aliquando vero & in 3. vbi vi-
delicet, & reuellere, & ex aliis in alia transferre, conducere visum fuerit dictum autem est de omni
ejusmodi ratione exactuis in iis, quæ de sangninis missione scripsimus. Hæc Gal. quibus visis pro-
uectiores meæ explicationi acquiescent, propter juniores vero aliquantulum immorabor, conferāq;
p & componam hunc locum cum Epidemico, quo ait Gal. p (Neque enim semper in retrahentibus au-
6. Epid. cō. xiliis permanendum est, sed aliquod tempus quod retrahentibus vacet, interponere oportet) quid a-
citato. liud continent hæc verba, quam in sanitate tuenda sic scripta. q Venæ autem sectio, (idest retrahens
q l. reuellens remedium) succos a vasis emittit, vtile est post priorem detractionem tantisper intermit-
6. sani. cita. tere.

Præterea habent ne quid magis diuinū, dignum ue ædipo sequentia? vt succum qui affecto mem-
bro prius inhæserat, excerni permittamus? quam hæc, donec aliquid, eorum qui in corpore sunt,
humoris remigret ad Venas? innuunt ne hæc aliud, in membro enim remanens ipsum bifariam con-
tristabit, & multitudine distendens, & qualitate discrucians? præter illa, quod tamen quoniam com-
mittendum non est, vt in his maneat, vt pote ex dimidio corruptum, (sic enim quantitate lædet: qua-
litate discruciabit) sed potius plurimum ejus expellatur? & illa, at si humores in particulam illapsos
exire permiseris, ipsam dolore liberabis, faciliusq; revulsoriis auxiliis aliquid proficies, quæ ne olfe-
r cit quidem Avicena, r cum dixit (forsitan hujus .l. erroris .l. falsæ doctrinæ, si ita esse conuincatur, au-
Fen. 4. 1. ctor) cum ad diuersum trahere volueris, dolorem partis mitiga: quæ etiam male s interpretes, & in
c.1. hodiernam diem circa illius varias explicationes (quod inconstantiæ & ab scopo erroris est signum)
s torserunt? quam hæc idcirco detractionem sanguinis etiam 2. die iteramus aliquando vero & in tertio
Hugo & vbi videlicet & reuellere, & ex aliis in alia transferre, conducere visum fuerit. Illa deniq; non am-
alii. plius in se ipsum membro propter dolorem succos porritante, vltra eam quam non recte a principio
accede-

acceperant inclinationem, nil aliud continent, quam dolorem esse atractionis causam, quod fere adagionem est in nostra arte, secundo & vltimo malam humorem esse inclinationem, vnde constat non *t*
imitandum sed expectare oportere, vt humor qui e venis effusus. l. in paruis contentus Venis partis, 3. meth.
inflammationem ac dolorem efficit, redeat iterum e particula in Venas, l. transmissus a parte. l. vi va- c. 4.
cui a Venis. l. ab vtraq; causa transmigret, nullo vero modo quum fluit adhuc humor, ad cutim tra-
hendus (esset enim aduersus *u* Galeni mentem, malam inclinationem imitari) immo vero expulsus a *u*
Venis a phlebotomia reuellendus, sicq; cessante dolore cessat fluxio, hacq; cessante dolor, hæc vero 6. Epid.
non poss accidere fluente etiam e toto, humore quis non videt? nam hac fluxiore licet scarificetur cu- com. cita-
curbita, breui tempore fluet, & forsan major portio, sicq; iterum, iterumq; donec fluxio e toto ces- to.
sauerit, quod est opportunum cucurbitatæ tempus, de quo statim nonnulla, si licuerit in memoriam
reuocare Hippocratis doctrinam, quæ meæ explicationi, de humoris in Venas transmigratione, nõ
vero de euacuatione cucurbitæ, vltimum manum imponat, ait ergo: *x* sed eo vsq; auferendus do- *x*
nec rubidior multo. l. pro puro, rubroq; liuidus fluxerit, hæc Hipp. qui interpretatur sic a *y* Gal. Co- 2. acut. ex
loris igitur mutatio sanguinis ex particula inflammata translationem sufficienter commonstrat. Hæc *y*
Gal. cum Hipp. ex quibus manifeste constat hanc de cucurbita praxin, in Epidemico loco fundari nõ &com. 10.
potuisse, si quis vero illum circa hoc salvaverit (vt ejusdem viri *z* grauissimi verbis vtar) erit mihi ma- *z*
gnus Apollo. Vall. incõ.

Quantum potuero probabo etiam hoc esse aduersus rationalem medicinam, nam innumeris Gale- 46. de Alim
ni locis omisis, sit primam vrgentioris (quia ad vrgentiam rem reducit Vallesius) Anginæ de qua
a Gal. sic igitur in Sinanchicis affectibus eas quæ sub lingua sunt Venas incidimus, quando jam totũ *a*
corpus vacuum se nobis obtulerit, pasio vero sit diuturna. Sic Hepati, & spleni cucurbitas adhibe- 2. ad Glau.
mus, sic & quodlibet aliud patiens membrum scarificamus, si non amplius humores influant, (tunc e- c. 2.
nim magis irritaueris, ac malum duplicaueris) sed quando jam totum corpus expurgatum fuerit, neq;
jam aliud influit, aliquid vero quod pridem influxerat, in membro continetur. Expurgatis præcipit
Gal. scarificatã cucurbitam. Secundum ecce clarissimum *b* Galeni testimonium. Verum vtendum *b*
cucurbita ipsa parte quæ phlegmone vrgetur inter initia non est, imò postea quam totũ corpus va- 13. meth.
cuaueris, ac necessarium sit, eorum quæ in inflammata parte continentur, aliquid educas, aut eruas, aut c. 17.
etiam foras versus attrahas.

Tertio & vltimo sic, *c* dictum enim sepe à nobis, demonstratumq; est, acria omnia medicamen- *c*
ta parti cuiuis admota, nisi vacuum corpus omne fuerit, atq; ad amussim excrementi expers, fluxionẽ de curat.
attrahere, phlegmonemq; efficere. per venæ s.

Quibus nonnullas addam probationes quarum prima est, in recta curatione post inter media re- c. 17.
media, vltimum attingendum est, sed cucurbitula scarificata est vltimum, ergo post intermedia, discur-
sus est legitimus; major est *d* Philosophi & Galeni dicentiũ, quod est primum in intentione, esse vlti- *d*
mum in executione, minor etiam ex superius dictis constat, siquidem curationi nondum impositus est Axioma
finis, donec humor in parte contentus euacuetur, ergo intentum. est.

Confirmatur secundo Methodus via est quædam, qua tendimus in vltimum per primum secun-
dum, & alia remedia, ergo cucurbitula scarificata ante debitam euacuationem, adhiberi non potest,
antecedens nos docuit *e* Gal. dicens, ergo methodo quidpiam inquirere, inuenireq; ex adverso oppo- *e*
nitur ei, quod quod est temere fortuitoq; invenire, est autem id cum via quadam, & ordine, ita vt in 1 meth. c. 2.
disquisitione aliquid primum sit, aliquid secundum tertium & quartum, atque ita de reliquis omnibus
deinceps, quoad demum ad ipsum, quod ab initio est propositum; sit perventum, ergo antequam flu- *f*
xio que prior est sistatur, non potest adhiberi. 4. sanit. tu.

Tertio sanguinis missioni obstabit, officietq; cucurbitula hoc tempore. l. vt melius evacuatio re- c. 5.
vulsioni, ergo non est exercenda, consequentia est vera, antecedens probo, quia sanguinis missio ad *g*
Venam *f* sectam retrahit humores, vnoq; verbo, cucurbita versus cutim, partemq; inflammatione Arist. prin.
tentatam, si ergo natura tunc mittit in illam partem, cucurbitula vero, quæ est remedium excogitatũ *h*
ad violentum atractum, ad habitã est necessarium. l. mobile duobus motibus contrariis impossibile Ga. passim
moueri, a Philosopho *g* negandum, l. natura oppressa succumbet, l. currenti humori calcaria adden- &omnes.
tur, sicq; obstabit, ergo non est adhibenda eo tempore.

Quarto dilo concipit in phlegmone *h* medicus, primum sistere fluxionem, secundum fluxum *i*
humorem absumere; sed si cucurbita fluente humore & toto corpore adhibetur, hæc peruertuntur, er- 11. meth.
go non est exercenda. c. 17.

Quinto auget hujus remedii difficultatem, quod ipse Galenus Anginæ vt diximus, & Scirrhis, *k*
coxendico dolori, spleni, ophtalmiis (atq; quod magis est *i* perihneumoniæ, iniqua etiam timet ple- 2 ad Gl. c. 6
thoram, attractionemq; in pectus,) cucurbitas scarificatas adhibet, doloribus vero ventrem occupan- *l*
tibus sine *k* scarificione, non vero sic pleuritidi quantum scio, & memini. Tetrab. 2.

Hoc remedium (licet *l* Aetio attribuatur) multi viri varie scripserunt, quorum quidam asserunt Ser. 4. c. 78
cucurbitulam scarificatam post 7. adhibendam, qui sic nos docent post transactam jam fluxionem, alii *m*
vero aliter, qui vero melius sentiunt, post sufficientem *m* euacuationem adhibendam censent, quos Cõmunior

 nullus opinio.

nullus non sequitur; an hoc quoq; meam sententiam confirmat? doctissimorum vero magnatum infirmat, ob nihil aliud, quam quod potest non esse deposita plenitudo. l. cacochimia, sicque decisio ratione dierum displicet.

Hic certo scio doctissimi Vallesii studiosos dicturos, ipsum de vrgentia locutum. Quibus respondeo vrgentiam non esse novum inventum Vallesii, quamq; omnes admittunt, dum vero alternatè reuellendum, quia *n* sunt Vires, licetq; totum affectum adimere, vult non vrgenter curandum, dū vero alternate euacuandum. vrgenterq; curat, incompatibilia mihi narrat, circa quæ longior erat futurus sermo, maxime cum non sit quæstio de olei *o* communis. l. amigdalarum dulcium illinitione, sed de difficili & periculoso remedio, vt statim.

Sed ne contra dixisse solum malo animo judicer (quod modestiæ causa nollem) quantum consequar invitus dicam, quo tempore inflammationis debeat affigi cucurbitula scarificata, superius ex *p* Galeno satis superq; probaui apponendam, postquam fluxio cessauerit, quo vero tempore fluxio cessauerit, hoc opus hic labor, nam *q* Gal. sic ait: hoc erit primum tempus inflammationis, quo pars affectus generationi subjecta repletur, cum autem influxus cessauerit, & quod in parte idflammatione obsessa continetur; putre fieri inceperit, calor quidam obputredinen nascitur, & fusio magis propter calorem, vnde etiam ob hæc spiritus generatur, atq; ob hæc ambo particula magis quam antea distenditur, etiam si nihil influat. Quod tempus incrementum est, hactenus Gal. cui objiciunt viri studiosissimi illum multis in locis oppositum docuisse, nam vbi *r* vbi de inflammationum medella agit, repercussiua, licet impari Mensura, vsque ad declinanationem adhibenda suadet, id quod propter fluxionem præcipit.

Hāc vidit difficultatē, Leonardus Iaquinus me Iudice neotericorū Dux. vir versatissimus in lectione majorum, resolutus in docendo, liber in decidendo, aitq;. Dicitur principium influxu terminari, quoniam causa illa animans quæ influebat, jam cessat magna ex parte, adeo vt si quid ejus super est, quam minimum est, sed ex calore & dolore excitato in membro ob concoctionem continue influit a circumscriptis partibus aliquid, quamvis illa prima fluxio cessauerit, dico ergo influxum restitisse, id est primam illam fluxionem, a qua malum excitatum est, non illam quæ a parte læsa quodammodo excitatur. Hactenus Iaquinus, cui addo quod si semper sanguinem detrahendum *t* nunquam constringentia, moderate calfacientia valenterq; discutientia, hæc non sunt concedenda, ergo nec illud.

Quibus notis tempora morborum cognoscantur docet *u* Galen. pluribus in locis præcipue ex excrementis, virinis videlicet: sputis: & dejectionibus itaque patent, ut si ego attigero, obscuriora reddam.

Deniq; quod interpretes *x* Avicenæ in medium adducam, ii enim viri specialissime egerunt, equibus Gentilis inquit, deinde cum cessauerit fluxus ad partem, & eodem modo intelligitur quod ventosæ non debent poni nisi existente pauca materia, & præcedentibus alis euacuationibus, & sine dubio indiget medico exercitato, bonæ æstimationis, si enim cadat in hoc error, est valde magnus, & ideo dixit Mesue, hoc debet fieri, cum intellexerimus materiam posse reuocari ad cutim, hæc Gentilis *y* Mesuei verba legamus. Ex rebus autem maximi juvamenti ad diuertendum morbi materiam, est positio ventosarum super locuen doloris, nunc cuen incisione. nūc sine illa, sicut exigit necessitas, sedatur enim hoc dolor interdum; & interdum materia ad partes cutis trahitur, verum oportet operationē hanc precedant corporis mundificatio cum phlebotomia, & solutione ventris, ex his quæ dicemus, verum hoc a 7. ad 14. diem, & hoc proprie (notandum proprie post dies) cum intellexerimus materiam morbi posse reuocari ad cutim, hujus etiam intentionis est emplastrum ex sinapi, & similibus, hæc Mesueus, inter antiquos optimum locum habens.

At Iacobus *z* de partibus ait: Dicit, quod quandoq; ventosæ cum scarificatione ponuntur supra pectus in Aposthematibus pectoralibus, vt morbi materia per has attrahatur ad exteriora, & minoretur intus, maxime cum prius jam fuerit facta phlebotomia magna pro diuersione materiæ fluentis, hæc ille; si ergo omnes Auctores de regulari cucurbitula disputant, & Vallesius nec ex illo loco, nec ex methodo intentum probat (nisi quis suppleat) illius & si doctissimi consilium suspectum est, sed vt Gentilis monet exercitatum exigens bonæq; æstimationis medicum, ex regulisq; artis illam pertimescit, quid doctissimus & ingeniosissimus vir, non premissa debita euacuatione sentiret, vniuscuiusq; inditio relinquo. Conscientiaq; vrgente hæc edidi? Est. l. nisi fallor hactenus fuit, alter locus difficilis, caputq; Gal. attributum de curandi ratione per Venæ sectionem, quo illius *a* auctor, quisquis fuerit, ait; in quibus autem ob oculorum lippitudinem, aut aliud simile citra febrē, hoc opus est auxilio nō declinationē omnino febris, cū omnino febris non adsit, sed magnitudinē aut doloris aut phlegmones aut totius affectus in quo secta Vena opus est, inspicere cōvenit. Hactenus ille, circa quæ Verba, Doctor *b* Ferdinendus à Mena, cui multum ars medica, mediciq; debemus, Philippi etiam 2. maximi a cubiculo medicus, atq; in complutensi Academia publicus Professor, dormitat, si fas est, sed est fas si probem, dicere. Quippe ait sic, at vero in reliquis morbis sine febre, in ipsa magnitudine aut doloris, aut phlegmones succurrendum est; quemadmodum hic Gal. sentit, hæc Mena doctissimus, quem omnes insecuntur, cæterum cum, vt statim dico, hæc sit falsa doctrina, nulliusq; momenti rationem Mena, & ejus discipuli

n 12. meth. 1. *o* in Vall. 4 meth. c. 2. de locabilibus. *p* 2. ad Glau. 1. & aliis. *q* de totius morbi tēp. c. 3. *r* de simplic. med. fac. de composit. medic. in methodo. *s* 9. ad Almāſ c. de Angina. fo. 346. *t* 3. simpl. c. 10. & vbiq; *u* 1. ceis. 11. 12. & freq. *x* lib. 3. fen. 10. tract. 5. c. 1. *y* in Gradabi ti c. de pleuresi. *z* sup. Auic. loco citato *a* decur. per v. sect. c. 21 *b* in com. 21.

puli adducant, ignoscituros existimo, falsum esse dogma stabilire contendentis. Ratio illius talis est, quippe eo tempore subuenire affligentibus malis suadentur, quo grauius ac crudelius molestant, præcipuæ si eorum remissionem minimè spectas.

Adversus hominem, Menam inquam doctissimum cujus calciamenti corrigiam non sum dignus soluere, est argumentum in hunc modum accepta sua ratione pro majori.

Sed in lippitudine & doloribus expectatur remissio, ergo non est exercenda eo tempore, quo grauius ac crudelius molestant, discursus est legitimus, majorem amplectitur Mena & discipuli, minorem docet Gal. dicens vnius tantum modo mentionem faciam, quod maximè inpromptu est, & sæpe numero a me factum, lippitudinis scilicet per circuitum accessionem habentis, & postea omnes enim qui ita curati fuerunt, nullam omnino amplius accessionem habuerunt. Hec Gal. cui habet remissionem, igitur non tempore majoris molestiæ, igitur intentum. c de diff. feb. c. 10.

Hæc eadem doctrina adaptanda est doloribus vt pote intensiones & remissiones habentibus ac lippitudo enim etiam dolorem habent, ducunt etiam originem ex fluxionibus, hoc vniversalius visus est docuisse Hipp. *d* dicens, veluti vesperi exacerbari. quam sententiã exponens Galen. inquit. Diem namq; toti anno proportione respõdere censet, vt matutino tempori verisimile sit, Meridiei æstas: vesperi autumnus, Nocti hyems. Hæc cum Hippocrate Galenus, equibus constat lippitudinem, & dolores remissiones habere, non ergo in magitudine doloris l. lippitudinis tundenda est Vena e Menæ sententia. d 6. epid. 15. tx. & enarrat. 15.

Nec vero consilium hoc aduersus Galeni dogmata esse, difficile erit ostendere, nam sic nos *e* docet, at particularium auxiliorum occasiones non ex his modo, verum etiam ex aliis quæ minimè scribi possunt, reperiuntur, quandoquidem in remissionibus remedia adhibentur potissimum, tunc enim postulans adest, & vires ferunt. *f* Secundo maximè quidem esse rationabile videtur in morbi vehementia, cum multo valentissimæ illæ causæ sint, illas convellere, atq; prosternere. Verum si innoxie omnino adhiberi posset remedium, id plane fieret, sed non ita se habet, siquidem remedia cum imprimis omnia præter naturam sint, necessario & facultatem adhibita vexant. e de opt. 5. ad Trasi 6. c. 38. f c. 40.

Pro nostra factione est Hipp. *g* dicens, cum morbi inchoant, si quid videtur mouendum mouæ: cũ vero cõsistunt ac vigẽt quietẽ habere melius est, reddit insequenti rationem sic *h* circa initia enim ac fines omnia imbecilliora, cum vero consistunt, ac vigent fortiora, approbatore Galeno, ac dicente, accessiones videlicet febrium, vigilias ac dolores, tum ergo præcedenti commentario scripserit, sunt autem hæc maximè quidem Venæ sectio, nonnunquam vero expurgatio, suadetque non exercendas in vehementia, intentum sequitur. g 2. aph. 29. h & 30. & cõmentariis.

Hujus sententiæ fuit Auctor commentariorum in librum Hippo. de detia, dicens, vti enim solamine potius opus est, quamvi in paroxismis, expectandumq; est remissionis tempus, & in eo vehementia cogentiaq; remedia non sunt assumenda, vbi paroxismi inciderint lenientia. quemadmodum enim feræ valde agrestes etiã, si quis eas placide adeat, blandeq; demulceat, mansuetæ redduntur, si vero ex adverso ipsis irascatur, viq; adoriatur, aggrestiores efficiuntur, ita & morbi quodammodo aggrestiores effecti, si quis eos in paroxismis soletur & mitiget, leuiores & mansueti evadunt, si verso se opponat, vimq; inferat, excitantur & exacerbantur. i c. 8. K 1. aph. 7.

Præterea cum probauerim, lippitudinem habere accessiones, cur in ea & doloribus non habebit locum, illud Hip. *K* in accessionibus abstinere oportet, quod ad magna remedia post extendi, maximè cum horis remissionis intra Venas materia euacuanda contineatur, in accessionibus autem protrudatur. Si verum est extra illas magnas saltim, a quibus fit pblebotomonia, detrudi in *l* phlegmonibus, & doloribus. l 10. meth. c. 6. m De Cur. v. sect. c. 9.

Amplius, quorsum docet *m* Gal. imminentibus, aut incipientuibs morbis. eandem Venæ sectionem, ac factis, quorsum etiam morbi, & minimi cognitionem in *n* medico exigit, nisi quia major solet fieri in curabilis. His universalibus doctrinis jactis. n 4. acut. 47. com.

Primũm videamus quid in *o* methodo præcipiat, sic ait: ergo reuertamur ad affectus qui dolores excitant, si sanguinis abundantia sit, quod distendat, veluti in phlegmone fieri solet, protinus vbi vires ægroti Valentes sint, sanguis mittendus est. o 12. meth. c. 17.

Secundo quod in curatione ophtalmiæ ipse Gal. *p* exercuit, vbi inquit, venit autem circa horam quintam, ac prima protinus detractione tres sanguinis libras ex hausi, deinde hora nona aliam. Nẽc vero æquum est credere admirandum virum tam breui tractatu, tam profunde oblitum fuisse, minus multo aliud docuisse, aliud exercuisse. p de cur. r. per Venæ sect. c. 17.

Sed AEtius, *q* qui e Galeni interpretibus non minor est, fauet apertissime Galen. doctrinæ, dicens, in omni diei noctisq; hora necesitate vrgente, Venam secabis, ita vt scopum habeas, iniis qui febriunt, exacerbationis declinationem: in iis vero qui aut propter lippitudinem, aut aliquid ejusmodi absq: febre, Venæ sectione indigent, magnitudinem doloris aut inflammationis, qua enim hora videris dolorem mitigari, Venam secabis. Hæc AEtius, e cujus doctrina, l. vt melius Galeni cujus esse dicit, colligo a me impugnatam, non esse Gal. imò omnino oppositam. q Tetrab. 1. Ser. 3. c. 16

Secundo Gerardus *r* Gaudanus interpretes ad marginem vigesimi capitis scripsit, quæ secuntur r Theodor. Gerardus interpres.

ter a capite vigesimo vsque ad finem hujus libelli, in nonnullis codicibus manu scriptis desiderantur.

9 de cur.rat, per V. sect. c.28. Tertio & melius ex Galeno non esse Galeni, quod sufficiebat vt rejiceretur, colligo, vigesimū caput tanquam Epilogum constituente, in quo cum receptui canat. scribit. Verum tamen præstat & nunc omnia percurrere, omnibus quæ ante dicta sunt, in vnum sermonem coaceruatis, & vna definitis quæ minus sunt distincta. Hæc ille, ex quibus constat capite vigesimo libellum totum circumcludi.

Quamobrem miror Menam doctissimum, ac in Galeno versatissimum, hunc locum & caput Sophisticum non deprehendisse, sicq; ambigue explicasse, vt quid sit tenendum, in doloris maximi videlicet molestissimi, frequentissimiq; affectus medella, remedioq; majori sanguinis missione, nullo modo lector elicere possit, magisq; miror doctissimos, & expertos Medicos Hispali medicinam facientes, qui totis viribus defendunt, non expectandā dolorum remissionem, sed magnitudinem spectandam, ac pro scopo habendam ad occasionem Venæ sectionis, quos certiores feci, falso inniti loco & doctrinæ, nec vero me fugit aliquando mitti sanguinem in doloris vehementia, non dante inducias dolore, l. quia non opportune accersitus fuit Medicus, l. quia timidus. l. tardus. l. aliquo Sympthomate impeditus vel aliis quæ scribi non possunt, aliud tamen est licere in vehementia sanguinem mittere ob vrgentiam, aliud vero ex artis regulis agere quamvis enim vrgentiæ affectui succurrere præceptum sit, in hac, quo nolet trahitur Medicus, invitusq; illo tempore mittit sanguinem, sciens etiam afflictis non dandam afflictionem, in altera vero sua occasione, libere, cum virium (quarum gratia omnia fuint paruo dispendio) auxilium adhibetur, quod sic methodus & ratio docent.

Hæc si amici alicujus momenti fuerint, ex assidua lectione in Hippocratis, Galeniq; documentis profecta fuisse est certum nec enim a quopiam, quod sciam decisa, nec incepta sunt, quamobrem & illud Horatii, quo Auctores Grecos Legendos exhortatur, & ipse repetam & in memoriam reuocabo.

in arte poetica post medium.

Vos exemplaria Græca

Nocturna versate manu, versate diurna.

Valete.

L. D. O. M.